patriae caelestis introducimur. Aptissime designant et apo-
stolorum atque virorumque apostolicorum figuram quibus cla-
ves regni caelorum sunt dictae qui acceperunt a domino potestatem alligandi
atque solvendi. Et digniores introitu regni ianuam admittunt. Et contra im-
mundos impuros ac superbos excommunicando vel anathemizan-
do ab ingressu vitae perennis eliminant. Sed et ipsa virtus
quorum merito ad regnum caeleste pervenitur. Recte postia
per quae introitus sanctorum ingrediebatur possunt typice designari
iuxta quod in libro sapientiae scriptum est. Custoditio autem
legum consummatio incorruptionis est. Incorruptio autem facit
proximum deo. Concupiscentia itaque sapientiae deducit ad regnum
perpetuum. Quibus omnibus apte congruit quod eadem ostiola designis
fiunt olivarum. Quia enim mirum et angeli et homines perfecti fructu
misericordiae et operibus lucis sese in domo dei gloriosos exhibent.
Immo omnes electi per carismata lucis et pietatis aditum sibi patriae
caelestis aperiunt. Duo sunt autem ostiola. sive quia deum et proximos
diligunt et angeli et homines sancti neque ianuam vitae nisi per ge-
minae huius dilectionem poterit intrare. Sive quia utriusque po-
puli fidelibus Iudaei videlicet et gentilis ecclesiae vitae ianua resera-
tur. Postes habebant angulorum quinque; quia non solum animas
electorum aula caeli recipit. Sed et corporibus inmortali gloria
praeditis in iudicio suas rursus aperuit. Quinque enim sensus corporis nostri
quorum et supra meminimus visus auditus gustus olfactus
tactus. Vel certe portas utrasque ostioli fictus cubitorum
quia solis illis supernae patriae introitum panditur qui
omnibus sui corporis et cordis sensibus domino servire studuerunt. Cor